Quelle: https://manuscripta.at/?ID=236
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



330

vocans iacob filium suum. et dixit ad eum. Ecce esau frater tuus minatur ut occidat te. Tu. a. Male malos perdet et vineam suam locabit alijs agricolis qui reddunt fructum temporibus suis. ad. iij. an. Malos male perdet et vineam suam locavit agricolis. ad. Querentes eum tenere. Vs. Invenerunt turbas quia sicut habebat eum habebat. Sab

Nunc igitur fili audi vocem meam. bo. r. et surgens fuge ad labanem meum. in haran. habitabisque apud eum dies paucos. donec requiescat furor fratris tui. et cessat indignatio eius. obliviscaturque eorum que fecisti ei. postea mittam et adducam te inde huc. Cur utroque orbabor filio in una die. Tu. r. ij.

Dixitque rebecca ad ysaac. Tedet me vite mee propter filias heth. si acceperit iacob uxorem de stirpe hiethee nolo vivere. Tu. r. iij.

Vocavit itaque ysaac iacob. et benedixit. precepitque ei dicens. Non accipies uxorem de genere chanaan. sed vade in mesopotamiam syrie. ad domum bathuelis patris matris tue. et accipe tibi inde uxorem de filiabus laban avunculi tui. T. Et

Pater peccavi in celum et coram te non sum dignus filius tuus fac me sicut unum ex mercenarijs tuis. V. Quanti mercenarij in domo patris mei habundant panibus ego autem hic fame peo surgam et ibo ad patrem meum. et dicam ei. fac me. Inc. iv. a. Vado ad patrem meum et dicam ei pr fac me sicut unum ex mercenarijs tuis. ad. iij. Dixit autem pr ad suos.